

† cardine torno

9

10

## IMP. AUGUSTUS

## Epigramma

Quod futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam  
Fulvia constituit, se quoque uti futuam.

Fulviam ego ut futuam? Quid, si me Manius oret  
pedicem, faciam? Non, puto, si sapiam.

6 'Aut futue aut pugnemus' ait. Quid quod mihi vita  
Carior est ipsa mentula? Signa canant!

EPIGRAMMATA ET POPULARES VERSUS IN  
AUGUSTUM

Cum primum istorum conduxit mensa choragum 1  
sexque deos vidit Mallia sexque deas,

impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,  
dum nova divorum cenat adulteria:

5 Omnia se a terris tunc numina declinarunt,  
fugit et auratos Iuppiter ipse thronos.